QVAESTIONES, AC DISCVRSVS

In duos primos Libros Annalium C. Cornelij Taciti.

Autore

PETRO ANDREA CANONHERIO
Philoſophiæ, Medicinæ, ac Sacræ Theologiæ Doctore.

AD SERENISSIMVM
PHILIPPVM III. HIS. ET IND.
REGEM POTENTISSIMVM.

ROMÆ, Apud Bartholomæum Zannettum.
M. DC. IX.

PATRVM NON SINE PERMISSV.

SERENISSIMO

PHILIPPO III.

HISP. ET IND. REGI

POTENTISSIMO.

MIRABITVR *fortaſſe quiſpiam Sereniſſime, ac inuictiſſime Rex, quòd ego politicorum minimus, ſacræ regiæ maieſtati veſtræ hunc librum auſus ſim offerre. Verumtamen ſi quis animo perpenderit, hoc opus quæſtiones, ac diſcurſus in Tacitum complecti, qui ſicut hiſtoricorum, & politicorum omnium facilè princeps eſt, ſic illud quoquè qualecumque ſit, primo totius orbis terrarum Regi me rectè dicaſſe non perperam iudicabit. Quare quemadmodum Sol,* Dux, Princeps, & moderator *reliquorum luminum, magnitudine cuius, ac pulchritudine nihil maius, ac excellentius poteſt inueniri, in Acarum, omnium animalium minimum influere non dedignatur. Sic mihi ſpes eſt iniecta, quòd potentiſſima M. V. cuius amplum, ac vaſtum imperium ferè orbem terrarum amplectitur, benigni-*

VITA C. CORNELII TACITI.

CAIVS Cornelius Tacitus, cuius mentionem faciunt Plinius, Vopiſcus, Plinius ſecundus, Sidonius ad eum datis epiſtolis, hiſtoriæ ſcribendæ vacauit ſenex, cum nobiliorem ætatem in cauſis agendis traduxiſſet; ſcripſit primùm omnium hiſtoriarum libros, ab exceſſu Neronis ad Imperium Nerua: Deinde annales ab Auguſti exceſſu, ad finem Neronis, quorum omnium per iniuriam temporis maxima iactura facta eſt. Eiuſdem videmus ſuperſtites libros de moribus Germanorum, & vitam Iulij Agricolæ ſoceri ſui. Orationes quaſdam elucubrauit, quarum aliquas retractauit epiſtola ad Cæcilium. Dialogus verò de Oratoribus à nonnullis eſſe Quintiliani iudicatur, vixit annos 80. vt legitur in lib. 3. Theſ. hiſtor.

Eſt opus inſcriptum hoc titulo C. Cornelij Taciti annales, non actiones diurnales, non actus diurnales, vt falsò putauit Franciſcus Puteolanus; nec audiendus eſt Fl. Vopiſcus, qui in vita Taciti Imperatoris Romani, Cornelium Tacitum vocat hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptorem, quia non purus ſcriptor eſt. Nam ſatis conſtat hos ipſos libros annalium nomine inſignitos ab autore non ſemel; ſunt autem hæc loca, quibus id apertè docetur, lib. 3. exequi ſententias haud inſtitui, niſi inſignes per honeſtum, aut notabili dedecore, quod præcipuum munus annalium reor, ne virtutes ſileantur, vtq. prauis dictis factisq. ex poſteritate, & infamia metus ſit. lib. 4. Pleraque eorum, quæ retuli, quæq. referam parua forſitan, & leuia memoratu videri, non neſcius ſum, ſed nemo annales noſtros cum ſcriptura eorum contenderit, qui veteres pop. Rom. res compoſuere. lib. 13. Nerone ſecundum L. Piſone Conſulibus pauca memoria digna euenere, niſi cui libeat laudandis fundamentis, & trabibus, quis molem Amphithea-

REGESTVM.

✠ A B C D E F G H I K L
M N O P Q R S T V
X Y.

Omnes ſunt quaterniones, præter ✠, duernionem, & Y, ternionem.

ROMÆ, Apud Bartholomæum Zannettum.
M. DC. IX.

SVPERIORVM PERMISSV.